

TESTA  
MENTI  
NOVI,



EDITIO VULGATA

D.S.C.E.A.

VIRTVTE DVCER,



COMITE FORTVNA.

APVD SEB. GRY  
PHIVM LV-

GDVNI.

vidua & f. 1549.

L  
H I E R O N Y M V S I N  
C A T A L O G O S C R I P T O -  
R V M B C C L E -  
S I A S T I C O -  
R V M.

\*

**M**attheus, qui & Levi, ex publicano Apostolus, primus in Iudea propter eos qui ex circuncisione crediderant, euangelium Christi Hebraicis literis, uerbiq; composuit. Quod quis postea in Graecum transtulerit, non satis certum est. Porro ipsum Hebraicum habetur usque hodie in Cesariensi bibliotheca, quam Pamphilus martyr studiosissime consecr. Mihi quoq; à Nazarenis, qui in Berthaea, urbe Syrie, hoc uolumine remittunt, describendi facultas fuit. In quo animaduerendum, quod ubiq; Euangeliſta, siue ex persona sua, siue ex persona Domini salvatoris, ueteris scripture testimonijis minit, non sequatur Septuaginta translatorum autoritatem, sed Hebraicam: è quibus illa duo sunt.

*Ex Aegypto vocavi filium meum. Et, Quoniam Nazarenus vocabi-*

S A N C T U M  
**I E S V C H R I-**  
S T I E V A N G E-  
L I V M S E C V N-  
D V M  
**M A T T H A E V M.**



4  
  
C A P V T I.



I B E R generationis **A**  
IESV CHRISTI filii  
Dauid , filii Abraham.  
Abraham genuit Isaac.  
Isaac autem genuit Ia-  
cob. Jacob autem genuit  
*Gen.21.a* Iudam & fratres eius. Iudas autem genuit  
*Gen.25.d* Phares & Zaram de Thamar. Phares au-  
*Gen.29.g* tem genuit Hesron. Hesron autem genuit  
*Gen.38.g* Aram. Aram autem genuit Aminadab.  
Aminadab autem genuit Naasson. Naaf-  
son autem genuit Salmon. Salmon au-  
*Ruth 4.d* tem gennit Booz de Raab. Booz autem  
genuit Obed ex Ruth. Obed autem ge-  
nuit Jesse. Jesse autem genuit Dauid re-  
*reg.11.f* gem. Dauid autem rex genuit Salomo-  
*Par.3.b* nem ex ea quæ fuit Vriæ. Salomon autem  
genuit Roboam. Roboam autem genuit



Abiam

# EPISTO LAE B. PAVLI

Ad { Romanos.  
Corinthios II.  
Galatas.  
Ephesios.  
Philippenses.  
Colossenses.

Ad { Thessalonicienes II.  
Timótheū II.  
Titum.  
Philemonem.  
Hebræos.

## CATHOLICAE,

Iacobi.  
Petri II.  
Ioannis III.  
Iudæ.

## APOCALYPSIS B. IOANNIS.

HIERONYMVS IN  
CATALOGO SCRIPTO-  
RVM ECCLESIA-  
STICORVM.

\*

**P**AULVS *Apostolus*, qui ante  
*Scndus*, extra numerū duodecim  
*Apostolorū*, de tribu Beniamin,  
et oppido Iudee Gischalis fuit:  
quo à Romanis capto cum parciibus suis Tar-  
sum Cilicie commigravit: à quibus ob studia  
legis missus Ierosolymā, à Gamalielē viro do-  
ctissimo, cuius *Lucas* meminit, eruditus est.  
Cum autem interfuisset neci martyris Stephani,  
et acceptis à pontifice templi epistolis ad  
persequendos eos, qui Christo crediderat, Da-  
mascū pergeret, reuelatione compulsus ad fi-  
dem, qua in *Actibus Apostolorū* scribitur,  
in uas electionis de persecutore translatus est.  
Cumq; primū ad prædicationē eius *Sergius*  
*Paulus* procōsus Cypri credidisset, ab eo quod  
eum Christi fidei subeggerat, sortitus est nomen  
*Paulus*: et iuncto sibi Barnaba, multis urbi-  
bus peragratis, reuertensq; Ierosolymā, à Pe-  
tro, Iacoboq;, et Ioanne gentiū *Apostolus*  
ordinatur. Et quia in *Actibus Apostolorū*  
plenissimè de eius cōversatione scripsiū est, hoc  
tantū dicam, quod post passionem Domini  
nicesimoquinto anno, (id est secundo Neronis,



# EPISTOLA B. PAVLI APO- STOLI AD ROMANOS.

*Euangelium uirtus Dei in salutem.*

C A P V T

I.



A V L V S seruus I E S U  
Christi, uocatus Apo-  
stolus, segregatus in  
Euāgeliū Dei, quod an-  
tē promiserat per pro-  
phetas suos in ictipuris  
sanctis de filio suo ( qui factus est cū ex se-  
mine Dauid secundū carnē, qui prædesti-  
natus est filius Dei in uirtute secūdū spiri-  
tū sanctificationis, ex resurrectione mor-



sunt, neq; audire, neque ambulare: & non  
egerunt pœnitentiam ab homicidio suis,  
neq; à ueneficiis suis, neq; à fornicatione  
sua, neq; à furtis suis.



*Loquuntur septem tonitrae, & devorat*

*Ioannes librum.*

C A P. X.

**E**T uidi alium angelum fortè descen-  
dentem de cælo, amictū nube: & iris

T s in